

Lettre de Rosemberg (Jean) écrite de Augsburg à l'attention de Nostradamus (Michel de Nostredame, dit) à Salon-de-Provence, le 15 décembre 1561.

EPISTOLA

127 ~~63~~ 163

JOANNIS ROSEMBERGERI.

relatable

AD MICHAELEM NOSTRADAMVM Medicinæ
Doctorem de Salon de Craux in Prouincia.

Eximio ac Maxime Astrologia perito, M. Michæ-
= eli Nostradamo, medicinæ Doctori, Domino
et amico meo omnibus modis venerando.
Joannes Rosemberg^{gerus} S. P. D.

consultation
faites trois
seruicement
sur les personnes
et les evenemens
futurs

Clarissime ac omnium eximissime D. Nostradame, binæ
superioribus diebus ab Excellentia tua accepti literas, quarum prioræ,
8. die Septembris, posterioræ 15. Octobris exant datae, ex quibus non
solum te sanum atque incolumem esse, summa cum lætitia intellexi,
sed etiam non minori gaudio percepi, omnes meas literas, quas ad te dedi,
una cum poculo argenteo deaurato, quo magnopere delectari effugue
mea in forma numismati argentei expressa, reddita esse; quanquam
poculum non sit adeo præiosum, tamen propter insolentiam et raritatem
tibi mihi: similiter et effigiem meam, quam qui vident, aiunt prope meam
formam representare, hac de causa mihi, ut cum hilaris et inter amicor
tuos esse, mei tanquam ignoti, et huius qui omnes Astrologia peritos amat
memores esse, hanc enim autem ab inuante mea aetate in hunc usque
diem dilexi, et magni eam ex experientia feci.

Præterquam mihi binæ tuæ prioræ epistola exant reddita, quinque
meas reuolutibnes anni 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. una cum literis Laurentij
Pomezani nostri familiarissimi accepi, quas ego, quanquam non apud factus
ad gallicas literas legendas, sim, tamen crebris legendis, magno labore et
diligentia eas perlegi, et literas intricatas cognoscere didici. Inueni autem
quasdam in Natiuitate et Reuolutibnes meis obcuritates, quas non satis
intellexi, nec quæ tua sit opinio scio; quare iam dudum Laurentio Pomezano
quo familiarissime vtor, de his locis obcuris scripsi, eumque rogaui ut tuæ
Excellentiæ scriberet, et rogaret, ut illa obcuria loca latius explicaret, et



placiora reddere, itaque mihi rescripsit, te eum ceteros fecisse, te in
paucos dies Biturigas transivisse, eumque inuisurum, se hunc quod te
de omnibus locis obscuris per totum tractatum percontaturum, ad
hac haec tempus responsum expectavi. Etsi autem longo iam tempore
intervallo, nullas a Laurentio Domexano acceperim literas, tamen intel-
lexi eum Biturigiis direxisse, et cum patrelibus meis, quorum
praecipuus est, Antuerpiam ite fecisse, quare cum adventu Augusti
quotidie expectatur, qui si eo venerit, statim ad me sine ulla mora ven-
= eabo, eumque quomodo haec loca obscura intelligenda sint, interrogabo, qui
si mihi satis explicare poterit, illud omni in tuam Excellentiam non committam
sin minus, quo per se hanc intellectionem sensum, habeam in his omnibus, hinc rescribam

Gentilem filii mei Casoli nondum accipi, spero tamen familiarem
notum Laurentium Domexanum à te accipite, eamque secum habere, et
mihi, quod Deus faxit ut brevi fiat, si ad me venerit, tradituram. Magni
igitur gaudis laetitia affectus sum, nec dubito quomodo omnia diligentissime,
triplici modo, Indico videlicet, Babylónico, et suo solito vicatoy, more
calculaveris. quare magno pene huius gentilem desiderio tenor, ut eius
bonam et aduersam fortunam in ea inquiram, Deus Opt. Max. (in cuius
potestate et gubernatione coelum et terra consistunt) velit infortunium
eius per suam misericordiam auertere, et felicem fortunam ad sui
nominis gloriam prestare.

Gentilem filii mei Joannem accipi, et inuenio te nullis laboribus
aut diligentia in ea perscrutanda perexisse, eamque tam miris artibus con-
= factam esse, ut similem nunquam viderim, et reperio Astra filio meo
copiosam fortunam praestitit, autem in reb. Metallis, promittere, mag-
= numque fauorem et gratiam cum Principibus et Regibus spondere, hoc velit
Deus Opt. Max. ad sui nominis gloriam, et filiorum meorum salutem
prestare. Quantum ad morbos eius affinet, de quibus in sua Nativitate
mentionem facis, scias eum anno 7. et 14. sua aetate, duobus gravibus
morbus extra patrem laborasse: Deus omnipotens velit et reliquos suos
morbos qui anno 21. et 35. ei insunt, benigne auertere. Haec deo filii
scripsi, ut de eius Nativitate eo ceteros eger.

Quod meam genitricem exactissime quam prius fecerat, mox Indico -
 exactissimo denovo calculare cepisti, et mihi eam una cum Revolutione
 anni 1562. ~~misi~~ ^{supra mandasti} ~~addeper~~, propterea tibi gratias immortales
 ago, eamque una cum Revolutione anni 1562. et alij Revolutionibus
 brevi expecto, daboque operam, ut tibi aliquo munere pro hujus laboribus,
 diligentia et assiduitate, satisfiat. Etsi autem miror, me a te adeo
 amari, tamen ab te mihi persuadere non possum, nisi quemadmodum Deus
 Prophetam populo Israelitico in captivitate Babylonica miseret, ut
 eis redemptionem eorum predicaret, et eos consolaretur, ita etiam peccatrici
 fato et ordinatione divina fieri, me a te in hujus meo vixit, et magni calamita-
 = tibus, quibus hujus temporis. obrebitur fuis, per literas consolari: quare tibi
 gratias immortales ago, Deumq. tuo nomine orabo, ut tibi et tuis ab istis
 miseriis caveat. Hoc 1560. et 1561. anno satis multum miseris et calamitatibus
 occupatus fuis, et propterea propter servum aliquem, qui mihi aliquot millis
 = un aureorum damnum iniecit, et quasi furto abiecit, cui nunc literam
 intendi, qui si ex carcere liberaretur, multo magis mihi faceret negotium,
 majusque damnum, externaque fama mea inde oriretur; tamen omne
 meum infortunium, Lemniumq. malum Deo commendo, et in id omnem meam
 fiduciam pono, Deum tantum suo, qui amat calamitatis. immiserere, eoque
 nun velint constantem in vera fide, spe et fiducia perseverare, tanquam
 aurum per ignem probare: quare pro hujus omnibus, et etiam quod hactenus
 me et meos, ne inimici nostri secundum eorum intentionem nobis possent
 nocere, benigniter custodiunt, maximas et immortales gratias Deo opt.
 Max. ago.

Magno desiderio fereor Revolutionis anni 1562. quam denovo confectis;
 inveni enim in illis Revolutionibus. miseri, mihi futuro anno adhuc
 maxima pericula et vita et corporis esse subeunda.

Habeatur etiam in Revolutionibus. meo adeo et adificia combusta, hoc
 velit Deus omnipotens benigniter auertere, et nobis suam gratiam prestare
 ne fiat: tamen calare te non possum, Excellentissime Domine Nostradame,
 circiter mersem ignem quod meam primam argenteam exortum, omnique
 adificia ibi combusta esse, Deus velit ut hoc incendio finem faciat, ne aliud
 majus inde sequatur.

116

Terrorem mihi iniecit hoc caput in iudiciis mea gentium de signi-
 =ficatibus Saturni in septima quod denotat mihi ab anno 1561. in principio
 Julij usque ad annum 1563. eiusdem mensis, multa damna esse ferenda,
 incommoda, bonorum diminutiones, perplexas et aduersas calamitates,
 factiones, accusationes, contemptus meorum honorum, et dignitatum: sed
 e contra rursum me consolatur quod certo scio Deum omnipotentem generi
 humano hoc solatium dedisse quod describitur in Euangelista Matheo:
Venite ad me omnes qui laborati et onerati estis, et ego reficiam vos.

Similiter etiam promittit mihi hoc futuris 1562. anno et sequentibus
 felicissimam fortunam in rebus Metallicis, et ait hoc futuris anno, cum Cancer
 erit in ascendente quod fortasse circiter 12. diem Junij fiet, omnia optime
 futura, nam adesse candidissimos splendidissimosque dies, quare me sapientissime
 moneo, ne ab inceptis desistam, et naturaliter verissimeque de rebus scribis,
 praesertim de vena qua in principio erit exigua, sed si diligenter et
 indefatigato labore perquiratur, inde perpetuam et indefinentem scatu-
 rentiam orituram, et loco testimonij adijcit in perquirenda ea apparatus
 aliquid in specubus quod fossore pertere faciet, sed iterum enuocet.
 Scias igitur me adhuc firmiter in elaborandis meis fodinis persistere,
 nec unquam mihi in mentem venire eas deserendi, neque semper
 sperasse Deum mihi suam gratiam concessurum, ut etiam magnos meos
 sumptus quos in rebus Metallicis qui sunt ultra 12000. francorum
 expendi rursus ex eisdem recipere, nam ab ineunte mea aetate
 semper maxime feci et amore prosecutus sum res Metallicas, utique
 mihi est omnium rerum quibus magna diuitia bona et honesta ratione
 acquiruntur, nihil esse arte Metallica vtilius, neque magis pium
 hominibus a Dijs immortalibus datum, qua sunt tot millia hominum
 pauperum nutriuntur; etsi ex agris bene cultis (ut alias res
 omittam) fructus capimus ^{maxima} uberes, tamen uberes ex fodinis,
 et saepe una fodina triplo maiores utilitatis fructus nobis praebet
 quam agri quam plurimi; quo circa ex omnium ferè soculorum

131 117

memoria cognoscimus, complures ex Metallis diuites factor esse, et eadem multorum Regum fortunas amplificasse. Magno igitur gaudio repleus fui cum in huius Revolutionibus inuenirem astra mihi etiam copiosam maximamque fortunam in Metallis promittere, quibus mihi animum inieceris, ut eo contentior in persequendis ventis sim. Scias igitur, Excellentissime Domine Nostradame, me in meso fodinis ab eo tempore quo meas proximas literas tibi scripsi, venam argenteam cupreo mixtam inuenisse quae adhuc medicriter se ostendit, et spero hanc venam diuitem futuram. In eodem monte in quo mihi mea adfuerit combuta sunt, in alia fodina etiam venam argenteam inueni, quae quanquam exigua sit, tamen magnae spei est, ac diligentissime indefatigatque labore persequere, quemadmodum et tu mihi suades.

In alio monte etiam habeo fodinam in qua spiritus ferreus apparuit in fossoribus octo integris diebus, singulis noctibus quando fossores ex fodinis venerunt, seruum quo vteretur loco candelauro muro ex lapillis confecto septis, et magnum strepitum in fodina excitauit, hoc et similia fossores magni faciunt, sperantque se optimas venas ibi reperituros, et sine dubio in eo impletur haec praedictio quod ait, apparatusum aliquid in specubus quod fossores perferre faciat, sed iterum evanescet. In sexta fodina etiam venam reperi quae prope nullius generis est, speramus tamen brevi argento et cupreo diuitem fore. Inuenta plumbi vena adhuc optima est, et Deo volente, in dies magis magisque crepescet.

Tibi etiam significem necesse est, quemadmodum in iudicio mea Nabustahy punit, quod ab Ecclesiasticis instigabor, et me odio prosequantur, hoc mihi praetexta aetate cum eis contigit, me enim propter Religionem coram Senatu Oenipontano false accusauerunt, sed cum me excusassem et crimen purgassem, rursus dimittitur fui.

Inuenis in mea Nabustate et Revolutionibus meis, me fore in magna gratia et auctoritate apud Casarem, Reges et alios magnificos Dominos, hoc verissimum est, valde enim me Casarea Maiestas,

Maximilianus Rex Bohemiarum, Rex Poloniae, eorum Consiliarius, et alii —
Magnifici Domini amant, et crede mihi, tuum iudicium hac in re verissi-
mum est.

Obiter te scire volui me nullam sororem, et tantum unum fratrem
adhuc habere qui 16. annis junior est me, nec ullas filias habet, duos
tamen adhuc nepotes qui fratris mei anno 47. defuncti filii sunt habeo,
quorum doctus et excellens vir meus pater et huius familiarissimus
Laurentius Romexanus praesceptor est, apud quem etiam filius meus
Joannes fuit; hinc mea uxor carissima etiam adhuc vivit, Deus opt.
Max. velit eam diu superstitem conservare.

Calare te non possum, exudivissime Domine Nostradame, me podagra
calida sapine laborasse, incredibileque dolores persequi esse, sed post-
quam concilio Medicorum Carapaxilla radice quae ex India in Hyspac-
iam affectus, usus essem, et de ea bibissem, dolores podagros me reliquerunt,
et colerici humiditates in flegmaticas se converterunt, meaque natura
prope mutata est; de hoc morbo satis multa in genitura mea praeditur.

Quod Ephemeridem anni 1662. in qua multa prodigia, multae
calamitates, quae Europae nostrae miserime imminere, latius expli-
catus Gallice more tuo confecti, Diog. IV. Pontifici Maximo
dedicasti. Horum cuperem duo vel tria exemplaria quamprimum a
te habere, puto enim impetras esse, deinde quantum pro illis debero,
tibi solvam. Scripsissem Lugdunum ut ibi emerentur, sed cum sciam tibi
plurimos infensores esse, qui tuas Ephemerides quae tamen ex diuturna
experientia verissimae sunt, corrumpunt et aliter sub tuo nomine
imprimi curant, ut vix verum exemplar inveniantur, intermissi.
Saepe miratus sum tuas Ephemerides sine Calendaria, cum vidissem
te quid uno quoque die futurum esset praedixisse, et ita evenisse.
Quare crede mihi tui similem non esse in tota Europa, Deus opt.
Max. velit te in diuturna sanitate ad sui nominis gloriam conservare.

Quod Caroli IX. Regis Gallorum genituram confecti, cuperem
aliquid de eius secunda et adversa fortuna, quantum permi-
ttere

133 119
licet, scire multas, varias et periculosas res Religionis causa in Gallia
contingunt, quas tu omnes praedixisti; nec alibi re est, magnam hoc se
sequenti anno sanguinis effusionem in Gallia futuram, quemadmodum
et in Germania praecedentibus annis factum est; sed nunc pacifice in
Germania insitit, Deus velit nos hoc in statu diu conservare.

Si quid interim in bellis, meris, vel alibi novi acciderit, exultarem
te faciam, nec quidquam te celabo; vides enim me a te valde amari;
teque mihi in omnibus promptum esse, quare tibi, ut merito, huius
labor et diligentia abunde salis re compensetur.

*tout cela peut
être retranché.*
Posthac Prototib Typographo nihil amplius literarum, sed
tantum Christophoro Crafftio mercatori Lugdunensi mittam, is curabit,
ut quam fidelissime ad te perferatur; similiter poterit et tuas literas
ei committere, sed prius literas tuas quas ad me dabit compinge in
unum fasciculum, et mihi inscribe, quod si hoc fecisti inolve adhuc in
aliam chartam, et inscribe Joanni Langnaero, deinde mitas Crafftio,
et roga ut illud fasciculum literarum Joanni Langnaero mittat, et
dabit operam ut mihi reddatur. Langnaero poterit sic inscribere:
Virtute et prudentia serenissimo viro, Dno Joanni Langnaero civi
Augustano et Domino suo venerando. Crafftio qui nocturnam amborum
tabellarum peritat quod debetur salis faciam. Gemitura Joannis filii
mei elegantissime fuit literis descripta, itaq. rogo si quid posthac vel
literarum vel Revolutibrium ad me mittis, ut hinc describenda des,
ego libenter ei ea de re salis faciam.

Haec cum obsignare vellem accepi a Laurentio Pomerano
literas ex Antuerpia, is 3. die Septembris Buxuribus discessit, et
scripsit se gemituram filii mei Caroli non accepisse, quare te etiam
atq. etiam rogo, ut apud eos quib. mittis de ea inquireas, et curas ut
quam citissime ad me se perferatur. Vale mi Domine Nostradame
candidissime, tibi. per meam Excellentiam a me mirabiliter
amari. Dato ad Fontes febriles prope mea maralia 15. Decemb.
die Decembris Anno 1661.

T. E

Additissimus
Joannes Rosembergerus.



134
120
The first part of the paper is devoted to a general
consideration of the subject, and to a
statement of the objects of the present
inquiry. It is then divided into three
parts, the first of which is devoted to a
description of the various species of
the genus, and the second to a
description of the various species of
the genus, and the third to a
description of the various species of
the genus.

The second part of the paper is devoted to a
description of the various species of the
genus, and the third to a description of
the various species of the genus. It is
then divided into three parts, the first of
which is devoted to a description of the
various species of the genus, and the
second to a description of the various
species of the genus, and the third to a
description of the various species of the
genus.

The third part of the paper is devoted to a
description of the various species of the
genus, and the fourth to a description of
the various species of the genus. It is
then divided into three parts, the first of
which is devoted to a description of the
various species of the genus, and the
second to a description of the various
species of the genus, and the third to a
description of the various species of the
genus.

JOHN BROWN

T. E.



Handwritten note or signature on the right margin.